SYNTAXIS SACRAE ROTAE ROMANAE AVDITORVM.


Cum ipsorum Qualitatibus, ac Scriptis.

Ioannis Baptistæ Cantalmaij Eugubini Arcis Areæ, & Carpinarum Comitis. I. V. D.

SINGVLARIVM RERVM INVESTIGATORVM CVRIOSITATI

Ad Eminentissimum, & Reuerendissimum D. D.

IO. BAPTISTAM CARD. PAMPHILIVM.





ROMAE,

Ex Typographia Andreæ Phæi. MDCXL.

Superiorum Permissu.

ORDO SYNTAXIS.

Præfatio quo ad Sacræ Rotæ Romanæ Antiquitatem. fol. 1

Qualitates Auditorum eius videlicet,

SANCTI, 2

PONTIFICES. 3

CARDINALES 5

PATRIARCHAE. 12

ARCHIEPISCOPI 12

EPISCOPI 13

ALII ABSQ. DICTIS DIGNITATIBVS 18

Scripta ipsorum Auditorum, hoc est COMMENTARIA, ET TRACTATVS 31

DECISIONES 33

Ordo successiuus illorum ab Anno 1500. infra. 37

Enunciatio eorumdem Auditorum per

NOMINA 39

COGNOMINA 47

AGNOMINA 51

ERRATA.

Fol.1.linea 10.Tanto,pro Tantorum.fol.16.lin.9.Hieronymus,pro Hermanus fol.18.lin.37.Siculus,pro Siuilus,& lin.41.Armundus de Marcotio,pro Armandus de Marcetio. fol.24.lin.31.Palemont,pro Polomar. fol.26.lin.6.Iunianus,pro Iumanus. fol.28.lin.40.Imolen.pro Bononien. fol.29. lin. penult. Artis, pro Actis. fol.30.lin.7. Subaudit, pro Subaudia. lin. 10. motum, pro mortem.& lin.19.Znuccntibus,pro Zuccantibus.fol.31.lin.17.Caritate subsidij,pro Caritatiuo subsidio.& lin.32.pluit,pro plura. fol.32.lin.21.Resignat. pro Reseruat. fol.34.lin.38.Norbort,pro Horbort. fol.37. lin.9. Cometanus, pro Cerretanus fol.42.lin,43.Concilior.pro Consilior. decis.pro Ducis.fol.43 lin.3.Palemont,pro Polomar. fol. 52.lin.28.Ventiuus,pro Vestanus.

Alia leuiora (Amice Lector) tuo iudicio emendabis.

EMINENTISSIME ET REVERENDISSIME D.



ERVM antiquarum inuestigatio cunctis Scientiarum Professoribus maxime delectat: Virorum namq. Illustrium vestigia sequuntur, Inscientium illico effugiunt: Si Iudicũ iam supremorum Tribunalium notitia est habenda, profecto in illa Auditores Sacræ Rotę huius Vrbis celebrandi sunt; Nam ex ipsis eximium Sum. Pont. causarũ sacri Palatij Tribunal constituitur, in eo Viri sapientissimi, ac omni integritate ornati ex diuersis Nationibus eliguntur, causæ grauissimę ibi pertractantur, atq. Patrocinantium, & Aduocatorum insignium illarũ certa est tutela. Mirum mihi fuit, vt de hoc excelso Tribunale, & de ipsius Auditorum excellentia persunctoriè solum aliquid à Scriptoribus fuerit relatum. Ego ad vlteriora prosequutus non ab ipsarum rerum antiquarum obscuritate perterritus, ea, qua potui diligentia Auditores, quos inueni in vnum collegi sub Titulo huius Syntaxis, cum ipsorum Qualitatibus, ac Scriptis, vt tantorum Virorum memoria non euanescat, & in nobis illorum prouida oriatur æmulatio. At quia tu quoque Cardinalis Amplissime in ipsorum numero fuisti constitutus, extrema cum laude officio expleto, eandem Syntaxim tibi vouere curaui, vt sub tuo Virtutum omnium fœlici auspicio illa à cunctis, & præcipue à singularium rerum Inuestigatoribus hilariter recipiatur, & ipsa sit profundæ deuotionis meæ erga te humile testimonium. Alioque iure eam tibi dicare volui, ex quo ad instar plurium ex ipsis Auditoribus ad maiora proprijs meritis fuisti euectus: Auditor etiam existens Sacræ Pœnitentiariæ Consultoris Canonistæ munus magna cum laude exercuisti, inde ad Regni Neapolitani Nnnciaturam missus, postea Datarius in Legationibus D. Francisci Barberini Cardinalis Eminentissimi, ac S. D. N. Papæ Nepotis meritissimi primo ad Regem Galliæ, secundo Hispaniæ, vbi cum illo extitisti, post hæc Patriarchali Antiochena dignitate ornatus, Nuncius ad eundem Regem Hispaniæ declaratus, munereque laudabiliter functus, ad purpuram fuisti elatus, & nunc caput Sac. Congregationis Immunitatis Ecclesiasticæ extas, Sac. Congregationis Concilij Tridentini Præfecturam tenes, Alijsq. in Sacris rerum Ecclesiasticarum Congregationibus praees, in quibus versatissimum, vigilantissimum, atq. accuratissimum te demonstras: Summa cum laude prosequutus es vestigia Hieronymi Patrui tui ex linea paterna iure consulti celeberrimi, eiusdem Sacræ Rotæ Auditoris, postea ipsius Decani; supradictæ Sacræ Pœnitentiarię Regentis, deinde Cardinalis dignissimi, denium Summi Pontificis Vicarij in quo officio mirifice se gessit. Vestigia quoq. diligenter es assequutus aliorum tuę præclaræ Familiæ Antecessorum, non solum Vrbis antedictæ verum Ciuitatis Eugubinæ, quæ illius extitit origo: Quis nam fuerit Angelus Benedictus Proauus tuus paternus adhuc in ipsa Vrbe, & Eugubina Ciuitate condigna est

memo-

memoria. Fuit inquam vir omni virtute comptus, cunctisq. iucundus. Quis etiam fuerit Antonius Abauus tuus ex prædicta linea paterna exordium præcitatæ tuæ Familiæ in eadem Vrbe, publica ipsius, ac antedictæ Ciuitatis Eugubinæ documenta declarant. Fuit etenim in vtroque Iure insignis, & in grauibus Ecclesiasticarum rerum, & Prophanarum negocijs admissus in illis diffiniendis perpetuę recordationis sibi adscripsit encomium. Alij insuper Prædecessores tui Litteris, & Armis semper polluerunt: Non omitto relationem nonnullorum eiusdem tuæ Familiæ, qui in dicta Ciuitate Eugubina cōmorati sunt, inter quos paulò ante Hieronymum supradictum floruit Christophorus in Legali scientia clarus, atque integerrimus, vt ita eum laudant *Horat. Lut. de Priuil. Scholar. priuil. 27. circa fin. Hier. Gabr.* ciuis eiusdem loci in eadem scientia peritissimus, atque egregius, *cons. 43. post princ. lib. 1.* Extitit etiam clarissimus Eques Hieronymus germanus frater dicti Christophori, qui Firmanam Ciuitatem magno cum illius Populi applausu, ac eius honore rexit, & cuius celebre nomen adhuc remanet indeletum: Nec relationem omitto Petri germani fratris prænominati Antonij perpetua commendatione digni, qui prædictam Ciuitatem Eugubinam inhabitauit, & cuius Progenies ibi quoque viget: Fuit namque Vir sapientissimus, & Federico Vrbinantium Duci omni virtutum genere ornatiss. ac inuicto gratissimus, ob cuius merita & dicti Antonij Federicus Tertius Imperator vtrumq. nobili Priuilegio plurium facultatum decorauit; Aliorum tuorum Prædecessorum non describo commemorationem, ne ex illa nimis grauis efficiar, ipsam ab alijs describendam relinquens. Non dedigneris Cardinalis Amplissime hæc (licet leuia) benigne suscipere, & me sub tua protectione seruare, & Deus Opt. Max. tua semper magis fauorabilia præstet. Romæ 1. Kal. Maij M DCXL.

Deditissimus, & Obseruantissimus seruus
Io. Baptista Cantalmaius.

PRAEFATIO.



Redendum sanè est plures semper apud Summos Pontifices extitisse Viros in vtroque Iure eximios, quorum Consilio Lites defimerentur, & quod suum esset vnicuique secundum Leges tribueretur. Hos Pontificum Capellanos fuisse denominatos nobis memoriæ est traditum propter seruitium ab illis præstitum in Capellis, in quibus Pontifices grauiora gerebant, & Audientiæ eorum cunctis patebat accessus. Extenso Christianorum imperio, controuersiisque, tam in Ecclesiasticis, quàm in Prophanis ortis, causæ ad eosdem Pontifices vndique fuisse deuolutas pro certo habetur, vt ex tanto virorum excellentia illæ extinctæ remanerent, & ita vt non ex vnius iudicio, sed plurium virorum similis ferè præstantiæ causis debitus finis imponeretur: Pontificibus, inquam, iudicantibus, aliisve prius audientibus, referentibus, atque consulentibus, ex *Gomes. in Comment. ad cap. 1. nu. 4. de iudic. Vestr. in Prax. tit. de Capel. Sum. Pontif. in princ. Marches. de Commissionib. par. 1 in princip. Scac. de iudic. par. 1. cap. 26. num. 1. Zecb. de Republ. Ecclesiast. cap. 10. & Lu-douic. à Serau. de Iurisd. Adiunct. q. vlt.* §. 1. Causarum cumulo perauсto, vt Iustitia eo celerius suum assequi potuisset effectum, Ioannes XXII. Pontifex Annò MCCCXXVI. speciale Tribunal ad ipsas causas erexit, vt ibi deciderentur, & Capellanos antedictos in illius Iudices elegit, non Capellanorum nomine deleto, sed cum additione Sacri Palatii Apostolici Causarum Auditorum, *ex Bulla eiusdem Ioannis, de qua apud Geminian. consil. 113. & ex alia in tom. 1. Bullarum demum impressarum fol. 166. Idque firmat Ciacon. de Vit. Summorum Pontificum, & Cardinalium, in Vita ipsius Ioannis, secundum vltimam impressionem fol. 864. vers. Prælatorum omnium, in fine.* Quod nomen Capellanorum etiam in hodiernis Indultis eorum apparet impressum: Mirum ergo non erit, quod *Theodosius Rubeus in suis Singularibus Decisionum eiusdem Tribunalis (quod Rota communiter appellatur) volum. 2. fol. 3. & seq.* plures cum Auditoribus ipsius Rotæ descripserit Capellanos, cuius sententiæ adhereo, vt infra, cum descriptione Auditorum, licet non omnium eo, quia integre illos inuenire non potui, ex rerum antiquarum obscuritate; ex residentia Summorum Pontificum etiam extra Italiam, ex incendiis Scripturarum in Vrbe, ac passis ab ea inundationibus: Facta distinctione qualitatum dictorum Auditorum cum ordine Alphabetico. Auditores prædicti priscis temporibus numero erant incerti, quandoque plures, aliquando pauciores. Nonnulli ipsorum Canonistæ, aliqui Legistæ, reliqui Legistæ & Canonistæ simul: Patet ex *Decis. nouis in princip. eiusdem Rota.* Sixtus Quartus Pontifex ex sua Bulla ædita anno 1472. Pridie Idus Martii illos ad numerũ quatuordecim redegit, de qua Bulla in tom. 1. Bullarũ fol. 333. Eligebantur supradicto antico tẽpore ex diuersis Nationibus omni virtute, ac integritate præditi, nũc sũt n. 12 ex Italia inquã Octo (hoc est) ex Vrbe Tres, ex Venetiis Vnus, alter ex Mediolano, ex Bononia Vnus, ex Ferraria Vnus, ex Florentia & Perusio alternatiue Vnus. Quatuor vero extra Italiam, videlicet; Ex Germania Vnus, ex Hispania Duo, & ex Gallia Vnus. Numerus Notariorum cuiuslibet Auditoris est Quatuor legalitate, ac probitate fulgentium. Tribunal hoc Rotale primum Orbis Tribunal nuncupatum est.

SANCTI.

Primus Numerus est Auditorum in genere, Alter illorum Qualitatum.

A



1 I *NTONINVS dictus Consiliorum Italus Florentinus Ordinis Fratrum Prædicatorum* Auditor, *inde Archiepiscopus eiusdem Ciuitatis. Habetur ex vetusto Codice illius Summæ Theologiæ impresso Venetijs Anno Millesimo quingentesimo decimoprimo, quem vidi hic in Vrbe, in Conuentu Sanctæ MARIAE super Mineruam, apud R. Patrem Magistrum Fratrem Reginaldum Lucarinum, eiusdem Conuentus Priorem, inter Libros priuatæ ipsius Bibliothecæ; In cuius Prohemio leguntur hæc verba.*

PROLOGVS PRIMAE PARTIS SVMMAE REVERENDISSIMI IN CHRISTO PATRIS AC DOMINI DOMINI ANTONINI OLIM SACRI PALATII APOSTOLICI CAVSARVM AVDITORIS, DE ORDINE PRAEDICATORVM. Et eadem verba habentur in fine eiusdem Summæ. Obijt anno Millesimo quadringentesimo quinquagesimonono. Fuit insigni Sanctitate suffultus, & in Sanctorum numero constitutus ab Hadriano Sexto Pontifice. Eius corpus adhuc integrum perseuerat Florentiæ. De cuius vita, & miraculis plene in Constitutionibus, & Chronicis eiusdem Ordinis; & alibi apud Historicos præcipuè apud Bzouium, Albertum, & Pium.

Patet ex hoc malè sensisse Petrum Maturum Historiarum ipsius Antonini in Epistola Dedicatoria asserentem illum Magistrum Sacri Palatij fuisse, ex verbis ambiguis aliarum Summarum eius postea impressarum, non specificato nomine Causarum Sacri Palatij Apostolici Auditoris. Quod comprobatur ex serie Magistrorum eiusdem Sacri Palatij ab anno 1400. vsque ad prædictum annum 1459. obitus dicti Antonini, de qua apud Pium antedictum De Viris Virorum Illustrium Religionis S. Dominici par. 2. lib. 2. & 3. vbi infrascripti sunt descripti Magistri, videlicet Petrus Binettus, Io. de Castro nouo, Vgolinus de Camerino, Sanctus de Porta, Diuus Vincentius Ferrerius, Iacobus Arigonius, Leonardus Detus, Ioan. de Casanoua, Ioan. de Turrecremata, Paulus Aegidius, Henricus de Confluentia, & Bartholomeus Lapatius.

R

2 II. R*AYMVNDVS de Peña fort Hispanus Oriundus ex Cathalonia pariter Ordinis Prædicatorum, illiusque Tertius Generalis Minister,* Capellanus; *& Pœnitentiarius Gregorij Noni. Patet ex Prohemio Decretalium eiusdem Gregorij in fine his verbis: SANE DIVERSAS CONSTITVTIONES ET DECRETALES EPISTOLAS IN DIVERSA DISPERSA VOLVMIMA PER DILECTVM FILIVM FRATREM RAYMVNDVM CAPELLANVM, ET POENITENTIARIVM NOSTRVM IN VNVM PROVIDIMVS REDIGENDAS. Ioannes Andreas ibi num. 29. describit ipsum Raymundum Virum religiosum, & valde litteratum, oriundumque ex dicta Cathalonia. Aegidius Bellamera etiam ibi colum. 3. versic. Raymundum, nominat illum Religiosissimum, atque litteratum, & ex eadem Cathalonia oriundum: De eo mentionem facit Cassadorus decisione prima, sub numero primo post principium de Vsur. inquiens Cardinalis & Archidiaconus in cap. plerique 14. quæst. 3. & Henricus Boich in cap. ad nostram, de emptione, & venditione, referunt Raymundum de Peñafort, qui vt puto fuit ille de quo Gregorius in Prohemio Decretalium ibi per* Fratrem Raymundum *&c. Erat enim Barchinonensis dictus de Peñafort, & habetur Barchinonæ pro Sancto, & pluribus relatis Auctoribus comprobat Franciscus Penia Hispanus, olim eiusdem Sacri Palatij Auditor, in Vita ipsius Raymundi cap. 8. & 9. dicit, quòd compleuit Compilationem dictarum Decretalium anno 1235. & eius obitus fuit anno 1275. Fuit is quoque admirabili sanctitate insignitus, in eodemque Sanctorum numero collocatus à Clemente Octauo, De cuius etiam Vita, & Miraculis in prædictis Constitutionibus, & Chronicis apud præfatum Peniam, & Historicos præcitatos, eundemq. Raymundum nominat Capellanum prædicti Gregorij, Rub. in dict. Singular. decis. Rotæ Rom. p. 2. fol. 8. n. 203. post Marc. Mantuā, quem refert, & plurib. encomijs illū exornat Ciac. vbi sup. de Vita Sum. Pont. & Card. in vita eiusdem Gregorij fol. 682. post med. vers. Fuit Gregorius, ac eum doctissimum vocat Valent. Forster hist. ciu. lib. 3. c. 13.*

PONTIFICES

PONTIFICES.

A

3 I. ALEXANDER *Ludouisius Italus Bononien.* Auditor,*an.* 1600.*postea Arabiepisc.eiusdem Ciuitatis an.*1612.*Card.à Paulo V.an.*1616.*demum Pontifex Max. Greg. XV. nominatus ann.*1621 *obijt ann.*1623.*Ciac fol.*1937.*nu.*42.1947.*&* 1949.*Rub.fol.*7.*n.*168.*& fol.*9. *post cathalogum Auditorum apud Rotam, vbi multis ab hinc annis Auditores admissi in eorum ingressuse subscribunt, & habetur in princip. eius Decision. impress. & dictum est in cathalogo Auditorum decisionum indicis .*

C

4 II. *COSMVS Melioratus Italus Sulmonen.* Capellanus,*Vrbani V.inde Episcopus Bononien. & Rauennaten.Archiepiscopatus Commendatarius,postea Cardinalis an.*1389 *à Bonifacio IX. demum summus Pontifex Innocentij VII. anno* 1404. *obijt anno* 1406. *Ciac.f.*1023.*num.*3.1036.*&* 1045. *Rub.fol.*4.*num.*45. *& fol.*9.

H

5 III. *HIPPOLITVS Aldobrandinus Italus Florentinus,vel, vt quidam volunt, patria Faneñ oriundus ex Florentia*, Auditor, *ann.* 1570,*postea Cardinalis à Sixto V. ann.*1585.*demum Pontifex Max. Clemens VIII. ann.* 1592. *obijt ann.*1605.*Ciac.fol.*1797 *num.*9.1857.*&* 1870.*Rub.fol.*6. *num.*106.*& fol.* 9. *post dictum catalogum Audit. apud Rot. & dictum est in cathal.Aud.dec. indic.fuit germanus frater Ioannis pariter Auditoris, de quo infra in ver. Cardinales,sub eius nomine.*

6 IV. *Hugolinus Comes Italus Anagnin.*Capellanus *Innocentij III. inde Cardinalis an.* 1198. *ab eodem Innocentio,demum Summus Pontifex Gregor.IX.ann.*1227.*obijt ann.* 1241. *Ciac. fol.*639.*num.*1.671.*&* 681.*Rub.fol.*3.*num.*30. *& fol.*9. *Fuit Episcopus Reatinus,teste Pompeo Angelotto in Descriptione eiusdem Ciuitatis Reat.illius nobili Ciue c.* 5. *post ibi relat. Epistolas Decretales in* 5. *libros,redegit virq. doctissimus fuit, Ciac. & Rub.vbi supra.*

O

7 V. *OTHO seu Odo Columna Italus Romanus* Auditor, *postea Cardinalis anno* 1405. *ab Innocentio VII. demum Pontifex Maximus Martinus V. an.* 1417.*obijt an.*1431. *Ciac.fol.*1042.*num.*8.1099.*&* 1119.*vbi tantum quod fuit Cardinalis,quod verò fuerit Auditor,habetur ex Paul.de Castr.cons.*281. *lib.*1.*precipue sub n.*2.*post princ.n.*4.*in princ. n.*5.*post prin.&n.*7*ad med.&cons.*282.*eo.lib.sub n.*6.*plurib. in locis,vbi occasione causæ in Rot. Auditor tantum de Columna ab eo describitur.& ibi ver. Venio nunc,& ver.Necesse est,dicit,quod fuit Cardinalis, & alter Cardinalis de Columna esse non poterat quam ipse.*

Agapitus namque, & Stephanus de Columna Cardinales illius prædecessores fuerunt creati ann. 1378.*& obierunt ann.*1380.*Ciac.fol.*976 *num.*11.*fol.*978. *num* 16. *& fol.* 996. *Paulus verò de Castro floruit ab an.*1400.*infra,& suum clausit diem an.* 1437.*Valent.Forster.Hist. iur. ciuil.lib.* 3.*cap.* 32.

Prosper Columna successor eidem Odoni Cardinalis electus ab ipso Odone ann. 1426. *cuius mortis tempus est incertum. idem Ciac.fol.*1113.*num.* 10.*esse non poterat ex his quæ infra dicentur, Præterea idem Odo Cardinalis de Columna nuncupabatur ex Concilio Constantien. quod fuit cœptum anno* 1411.*in quo Pontifex fuit creatus ann.*1417.*de quo Concilio in tom.*2.*concilior. fol.*1039.*col.*2.*in med.& fol.*1044.*col.*2.*ad med.& alijs in locis ibi.*

*Refert pariter alium Auditorem,nempe D.Florentinum dicto consil.*281. *num.*2.*& num.* 5.*post princip. & prædicto consil.*282.*sub nu.*6.*& ibi vers.Venio nunc, illum etiam Cardinalem nominat,& alter Cardinalis Florentinus non fuit quam Francisc.Zabarella Archiepisc. Florentin. qui extitit Card. supradicto anno* 1411.*obijt anno* 1417.*Ciac.fol.*1090.*num.*13. *& de quo infra in ver. Cardinales sub eius nomine,& ipse Cardinalis Florentinus nuncupabatur, vt in dicto Concilio,cui etiam interfuit, dicto tom.*2.*concil.fol.*1013.*colum.*1.*ad fin.fol.*1014. *col.*1. *ad med. & ibi alibi sæpe.*

*Nominat quoque alium Auditorem, videlicet D.S.Marci,vt dicto consil.*281.*post princip.sub nu.* 3.*num.*5.*& sub num.*7.*& dicto consil.*282.*post princip.vbi describit eum Cardinalem. & sub num.* 5. *vers.Venio nunc,Is fuit Guillelmus Philasterij Cardinalis insuper creatus antedicto anno* 1411.*sub Titulo Sancti Marci:& mortuus anno* 1428.*Ciacon.fol.*1091.*num.*14 *& de quo infra in eodem vers. Cardinales sub eius nomine habetur.*

Is quoq. interfuit dicto Concilio, & Card. S. Marci, ibi nominatus fuit, vt in to. 2. Cōcil. f. 1020 col. 1, & f. 1033. col. 1, post princ. alijsque in locis ibi.

Enunciat etiam aliū Auditorē, videlicet D. Pisanum, vt d. cons. 281, n. 4, sub n. 5, & sub n. 7. & d. cons. 282. sub n. 6. Is fuit Alamanus Adimarius Florentin. Archieps Pisan, Card. creatus d. an. 1411. obijt an. 1420, Ciac. f. 1086. n. 3, cum Addent. & ipse quoque interfuit prædicto Concilio, & Card. Pisanus fuit nuncupat. d. tom. 2. Conc. f. 1020. col. 1, ad med. & f. 1039. col. 2. & ibi sæpe. & de ipso infra sub eius nomine in ver. Cardinales.

Itē mentionē facit de alio Auditore sub nomine D. de Vrsinis, vt d. cons. 281. sub n. 2. 3. & 7. & d. cons. 282. sub n. 6. Is fuit Iordanus de Vrsinis creatus Card. an. 1405. obijt an. 1439. Ciac. f. 1038 n. 3. Ipse quoque interfuit supradicto Concilio, & in eo Card. de Vrsinis nuncupatus fuit, vt in d. to. 2, Concil. f. 1020. col 1. in princ. f. 1022. col. 2. post med. & ibi alibi passim, & de eo etiam infra sub illius nomine in dicto ver. Cardinales.

Describit itidem aliū Auditorem, nempe D. Placen. vt dicto consil. 281. sub n. 7 tribus in locis. Et is fuit Branda Castillio Eps Placentin. inde Card. creatus supradicto anno 1411. decessitq. anno 1443. Ciac. f. 1088. n. 8. qui etiam dicto Concilio præfuit, & Card. Placentin. nuncupatus fuit, vt in dicto tom. 2. Concil. fol. 1039. col. 2. in med. & fol. 1120. colum. 1, ad med. & de ipso quoque infra in dicto vers. Cardinales sub eius nomine.

Refert insuper alium Auditorē sub nomine D. de Flisco, impressionis errore D. de Fisco, vt dicto consil. 281 sub num. 14. vers. Ex quibus omnibus, Is fuit Ludouicus de Flisco Cardinalis anno 1384. obijt anno 1423. Ciac. fol. 991. num. 48. ipse etiam prænominato Concilio interfuit, & in eo Cardinalis de Flisco nuncupatus fuit, dicto tom. 2. Concilior. fol. 1033. colum. 1. post princip. fol. 1044. colum. 2, ad medium, & ibi sæpe. De quo insuper infra in dicto verbo Cardinales, sub ipsius nomine,

Nominat etiam Ioannem de Bononia, pariter Auditorem, vt in d. consil. 281. num. 1. & sub num. 2. post medium sub num. 3. 5. & 6. in princip. & sub num. 7. & dicto consil. 282. post princip. sub num. 2. & sub num 6. Is etiam prædicto Concilio interfuit, vt dicto tom 2. Concil. fol. 1041. colum. 2. ad finem, & fol. 1045. col. 2. post princip. de quo etiam infra sub eius nomine in vers. Auditores, qui dictis dignitatibus non fuerunt suffulcti,

Insuper describit alium Auditorem, nempe D. Iacobum de Camplo, d. consil. 281, sub num. 1. sub num. 2 ac num, 3, post princip. & dicto consil, 282, num, 1, post princip. sub num, 2, in med. & num. 6. Is etiam præsens fuit dicto Concilio, vt dicto tom. 2. Concilior. fol. 1016, post princip. fol. 1018 colum. 1, & fol. 1112. & de quo insuper infra in dicto vers. Auditores, qui dictis Dignitatibus non fuerunt suffulcti sub illius nomine.

Enunciat itidem alium Auditorem, videlicet, D. Thomam, vt d. consil. 281, sub num. 14. ad mediū, vers. Ex quibus. Et is fuit Thomas de Zuccantibus, qui pariter supradicto Conc. interfuit, vt eodem tom. 2, Concilior. fol. 1094. De quo insuper infra sub illius nomine in dicto ver. Auditores, qui supradictis Dignitatibus non fuerunt suffulcti.

Denique alium refert Auditorem absque nomine, videlicet D. Pennensem, vt d. consil. 282, n. 5, tribus in locis. Verum, quia huius Auditoris plena notitia habita non est de eo nihil amplius dicetur. Est tamen descriptus sub nomine Pennen. in dicto vers. Auditores, qui supradictis Dignitatibus non fuerunt suffulcti ad finem,

Ex combinatione ergo temporū, & personarum dictorum Auditorū, sequitur, quod prædictus Dominus de Columna, alter non fuerit quam supradictus Otho, seu Odo, quem D. de Columna, ac D. de Vrsinis D. Iacobum de Camplo D. Florentinum, & D. Sancti Marci Auditores fuisse ex antedicto consil. 282. Paul. de Castr. testantur, licet sicco pede transeuntes Card. Tusc. Practicar. conclus. litt. A, concl. 553. num. 1. & Rub. vbi supra fol. 8. sub num. 193, versic. solum autem, vsque ad num. 199.

S

8 VI. SImon de Bria Gallus Sennonen. Capellanus Vrbani Quarti, inde Cardinalis anno 1365. ab eodem Vrbano, demum Pontifex Maximus Martinus Quartus anno 1281 obijt anno 1285. Ciac. fol. 720. num. 10. fol. 770 & 775. Rub. fol. 4. num. 35. & fol. 9.

CARDINALES

CARDINALES.

Præter supradictos sex Pontifices, sunt infrascripti.

A

9 *I.* **A***Chilles de Graffis Italus Bononien.* Auditor . *inde Episcopus Ciuitatis castelli, demum Cardinalis a Iulio 2. anno 1511, obijt anno 1523. Ciac. f. 1384, n. 23. Rub. f. 6, nu 100, post dictum cathal. Audit. apud Rotã, & dictum est in cathal. Audit. decis. indie. adest eius vita in princ. decis. impressarum hic in Vrbe anno 1590. in folio.*

10 *II. Ademarus Roberti Gallus Lemouicen.* Auditor, *postea Card. an. 1342 a Clem. 6. obijt an. 1353 Ciac. f. 894, n. 7. vbi tantum ꝙ fuit Card. Quod vero fuerit Auditor, habetur ex Fastol. cau. 6. in princ. cau. 16, dub. 36, cau. 18. dub. 38, cau. 20, dub. 41, & cau. 29, in princ. vbi an. 1337, errore tamen impressionis, quandoque Odomarus, & absque cognomine.*

11 *III. Aegidius Isalnij Bellamera Gallus de Monte acuto* Auditor, *inde Episc. Morinen. demum Card. an. 1361. ab Innoc. 6. obijt an. 1378, Ciac. f. 916, num. 8, Rub. f. 3, num. 7, & fol. 4. num. 42. Error in tempore, nam plures Conclusiones eius apparent factæ tempore Greg. xj. vt concl. 411, 466, 631, 635, 688, 752, & 759. Ipse vero Gregorius fuit assumptus ad Pontificatum an. 1371. obijt an. 1378, Ciac. f. 941, & 962. Patet etiam, quod idem Bellamer. fuit Auditor dicto anno 1378, 1379, 1380, & 1381. ex Probem, dec. nou. quæ facta fuerunt ab anno 1376, vsque ad prædictum annum 1381, & ipse in eo est descriptus Auditor, & constat ipsum consuluisse in causis post dictum annum 1381, vt in causa anni 1385, in suis Consilijs cons. 22, sub n. 15. post princip. an. 1389, cons. 40. in princ. an. 1392, cons. 28, sub n. 9, ad fin. vers. post præmissa an. 1396, cons. 11, ad fin. vers. instrumentum, & an. 1404, cons. 14. in princ. & in princ. dicti libri eius Consiliorum habetur, quod fuit Episcop. Hispalen. & in suis comment. super Decretal. n. 1. quod Auenionen. etiam fuit Episcopus.*

12 *IV. Alamannus Adimarius Italus Florẽtin.* Auditor, *inde Archiep. Pisan. demum Card. an. 1411, a Ioan. 23, obijt an. 1422, Ciac. f. 1086, n. 3, cum Addent. vbi tantum, quod fuit Archiep. & Card. Quod verò fuerit Auditor, dictum est supra in ver. Pontifices, sub nomine Othonis Columnæ, in vers. Enunciat etiam.*

13 *V. Anglicus Grimaldi de Grisaco Gallus Diœc. Mimmaten. Can. Reg.* Auditor *postea Eps Auenion Card. ab Vrbano 5. anno 1366. obijt an. 1387. Ciac f. 929. n. 1. vbi solum, quod Card. Albanus fuit. Quod vero fuerit* Auditor, *habetur ex Bellam. concl. 1. sub n. 2. vers. Dñi quasi omnes, vbi tantum sub nomine Card. Albani, & alij ibi descripti pariter Auditores fuerunt, vt Robertus infra in ver. Auditores, qui dictis dignitatibus non fuerunt suffulti sub eius nomine, & Petri Flandini Card. S. Eustachij etiam infra sub ipsius nomine hoc vers. Cardinales.*

14 *VI. Antonius de Monte Italus Aretin.* Auditor *anno 1493. inde Archiepist. Sipontin. demum Card. an. 1511. a Iulio 2. obijt an. 1533. Ciac. f. 1382. n. 20. cum ibi Addent. Rub. f. 6. n. 111. post cathalog. Audit. apud Rot. & de eo fit mentio a Cassad. dec. 7. de rest. spol. in princ. & dictum est in cathal. Audit. decis. indic.*

15 *VII. Antonius Triuultius Italus Mediolanen.* Auditor, *postea Episc. Comen. inde Card. ab Alexandro 6. ann. 1500. obijt ann. 1508. Ciac. f. 1336. n. 29. Rub. f. 5. n. 153. post præfat. cathal. Audit. apud Rotam.*

B

16 *VIII.* **B***Artholomeus Mezavaca Italus Bononien.* Auditor, *deinde Episc. Reatin. denique Card. an. 1388. ab Vrbano 6. obijt an. 1396. Ciac. f. 977. n. 12. Rub. f. 4. n. 43.*

17 *IX. Benedictus Vbaldus Italus Perusin.* Auditor, *an. 1626. postea Card. ab Vrbano 8. 1633. Rubeus f. 7. n. 123. post dictũ cathal. Audit. apud Rot. & dictũ est in cathal. Audit. dec. indic. Inde Legatus Bononiæ, nunc Episc. eiusdem ciuitatis Perusiæ.*

18 *X. Bentiuenga de Bentiuenghis Italus de Aqua Sparta Ordinis Minorum* Capellanus *Nicol. 3. inde Episc. Tudert. demum Card. an. 1278. ab eodem obijt an 1289. Ciac. f. 761. n. 3. Rub. f. 4. n. 35*

19 *XI. Bernardus Herulus Italus Narnien.* Auditor, *postea Episc. Spoletan. demum Card. a Pio 2 an. 1460. obijt an. 1479. Ciac. f. 1207. n. 2. Rub. f. 5. n. 51 il primo.*

20 *XII. Bernardus Ayglerius Gallus . . . Monachus Sauiniacen diœcesis Lugdunen. Innocent. 4*

Capellanus, *inde Card. a Clemente 4. an. 1267. circiter. obijt an. 1275. Ciac. f. 737. 738. vbi absq; tempore, & quod fuerit Cardinalis circa d. an. 1267. habetur ex quo idem Clem. fuit creatus Pontifex an. 1265. obijt an. 1268. Ciac. ibi f. 730. & 732.*

21 *XIII. Bernardus de Bisigneto* . . . . Auditor, *deinde Card. ab an. 1354. infra. Rub. f. 3. n. 12. vbi absque tempore, & de eo Auditore, inde Card. fit mentio in princip. suarum decis. impres. & q fuerit Card. a dicto anno 1354. infra, habetur ex eius decis. 9. col. 2. vers. his suppositis, de concess. praben. vbi agitur de quodam indulto concesso ab Innoc. 6 Regi Francia an. pradicto. De quo Cardinale a Ciac. mentio facta non est.*

22 *XIV. Bernardus de Castaneto Gallus Albien. Diœcesis* Auditor, *inde Episc. eiusdem ciuitatis, & Auicen. demum Card. a Ioanne 22. an. 1316. obijt an. 1326. circiter, Ciac. f. 856 sub n. 1. & ibi Addent. f. 878. post princ. ver. Bernardus, Rub. f. 4. n. 41.*

23 *XV. Bernardus de Languisello Gallus* . . . Capellanus, *Clem. 4. deinde Archiepisc. Arelaten. demum Card. an. 1281. a Martino 4. obijt an. 1290. Ciac. f. 772. n. 1. Rub. f. 4. n. 36. Fuit Monachus Sauiniacen. vt in Addent. ad Ciac. fol. 777. vers. Bernardus de Languisello.*

24 *XVI. Berengarius Stedelli, seu Stedellius Gallus Vasco* Capellanus *Clem. 5. postea Card. ab eodem, an. 1305. obijt an. 1321. Ciac. f. 835. n. 2. Rub. f. 4. n. 39. Is opem tulit cum Guillelmo de Mandagoso, Bonif. 8. in edition. 6. lib. Decretal. Ciac. & Rub. vbi supra.*

25 *XVII. Branda Castellio Italus Mediolanen.* Auditor, *inde Episc. Placentin. demum Card. an. 1411. a Ioanne 23. obijt an. 1443. Ciac. f. 1088. n. 8. Rub. f. 4. n. 47. & dictum est supra in ver. Pontifices, sub nomine Othonis Columnæ, vers. Describit itidem.*

D

26 *XVIII.* **D***Ionysius Marquemontius Gallus Lugdunen.* Auditor, *an. 1605. postea Archiepisc. eiusdem ciuitatis an. 1612. demum Card. ab Vrbano 8. an. 1626. Ciac. f. 1972. n. 6. Rub. f. 8. n. 179. obijt an. 1633. Rub. ibi.*

27 *XIX. Dominicus Iacobatius Italus Romanus* Auditor, *an. 1490. deinde Episc. Lucerin. deniq. Card. an. 1517. a Leone 10. obijt an. 1528. Ciac. f. 1466. n. 19 Rub. f. 5. n. 56. post cathal. Auditor. apud Rot. De eo mentionem facit Cassad. decis. 8. de concess. praben. sub n. 5. ad fin. illius laudes enumerantur in Epist. dedicatoria ad eundem in tract. Stapbil. de Lit. Grat. Fuit Rotæ Decanus, & prius Aduocatus Consistorialis, Addent. ad Ciac. vbi supra, & de eo dictum est in cathal. Audit. decis. indic.*

F

28 *XX.* **F***Abritius Verospius Italus Romanus* Auditor, *an. 1612. postea Card. ab Vrbano 8. anno 1627. Ciac. fol. 1975 n. 20. Rub. f. 6. n. 77 post præfatum cathalog. Audit. apud Rot. & dictum est in dicto cathal. Audit. decis. indic. obijt hoc anno 1639.*

29 *XXI. Flaminius Platus Italus Mediolanen.* Auditor *an. 1586. inde Card. an. 1591. a Greg. 14. obijt an. 1611. Ciac. f. 1846. n. 5. Rub. f. 5. n. 64. post dictum cathal. Audit. apud Rot. dictum est etiam in cathal. Audit. decis. indic. Fuit prius Aduocatus Consistorialis, vt in Diarijs Rotæ.*

30 *XXII. Franciscus Caietanus Italus Anagnin.* Capellanus *Bonifacij 8. postea Card. ab ipso anno 1295. Ciac. f. 809. n. 5. Rub. f. 4. n. 38. obijt sub Ioanne 22. sed tempus eius mortis ignotum est, Ciac. vbi supra. Fuit creatus Pontifex an. 1316, obijt an. 1334. Ciac. f. 853. & 872.*

31 *XXIII. Franciscus Mantica Italus Vtinensis* Auditor *an. 1586. inde Card. an. 1596. a Clem. 8. obijt an. 1614. Ciac. f. 1890. n. 18. Rub. f. 6. n. 107. post cathal. Audit. apud Rot. & eius decis. impress. in princ. & dictum est in cathal. Audit. decis. indic.*

32 *XXIV. Franciscus Sacratus Italus Ferrarien.* Auditor *an. 1599. inde Archiepisc. Damascenus, demum Card. a Gregor. 15 an. 1621. Ciac. f. 1953. n. 3. Rub. f. 6. n. 87. obijt an. 1623. Rub. loco citato. post d. cathal. Audit. apud Rot. & dictū est in cathal. Aud. dec. indic. vbi errore impressionis Patriarcha Damasceno pro Archiepisc.*

33 *XXV. Franciscus Zabarella Italus Patauinus* Auditor, *postea Archiepisc. Florentin. demum Card. an. 1411. a Ioan. 23. obijt an. 1417. Ciac. f. 1090. n. 13. vbi tantum, quod fuit Archiepisc. Florent. & Card. Quod verò fuerit Auditor dictum est supra in ver. Pontifices, sub nomine Othonis Columna, in ver. Refert pariter Virum doctissimum celebrat illum Forster. Hist. iur. ciuil. lib. 3. c. 31. Ciac. loc. cit. vna cum Marc. Mantua de Vir. Illust. sub eius nomine.*

G

34 *XXVI.* **G***Abriel Paleottus Italus Bononien.* Auditor *an. 1558. inde Card. a Pio 4. an. 1565. obijt an. 1597. Ciac. f. 1684 n. 45. Rub. f. 6. n. 72. post d. cathal. Audit. apud Rot. & dictum*

dictum est in cathal. Audit. decis. indic.

35 *XXVII. Gaspar Quiroga Hispanus Toletan.* Auditor *an. 1557. postea Episc. Conchen. inde Archiep. eiusdem ciuit. Toletan. demũ Card. an. 1578. a Greg. 13. obÿt an. 1594. Ciac. f. 1749. n. 14 Rub. f. 7. n. 132. vbi tantum quod fuit Auditor, & Canonicus Toletan. & in dicto cathal. Audit. apud Rot. habetur quod fuit Auditor, & Archiepiscopus Toletan. & dictum est in cathalog. Audit. decis. indic.*

36 *XXVIII. Gottifredus Castellio Italus Mediolanen.* Capellanus *Honor. 3. inde Cardin. ab Innoc. 4. an. 1244. obÿt an. 1245. Ciac. f. 697. n. 8, & 706, Rub. f. 4, n. 33.*

37 *XXIX. Guillelmus de Agrifolio Gallus . . . Monachus Cluniacen.* Auditor*; inde Archiepisc. Cæsaraugustan. demum Card. an. 1350. a Clemente 6. obÿt an. 1369, Ciac. f. 898. n. 15. & f. 938 vbi tantum Archiepisc. Cæsaraugustan. & Card. Sabinus, Quod verò fuerit Auditor, habetur ex Rot. dec. 24, in princ. de re iud. in nou. & ex Bellam. cons. 44 sub n. 1, vers. ad primum dubium, vbi de Sabin. Auditore.*

38 *XXX. Guillelmus de Canaco Gallus Lemouicen. Monachus . . .* Auditor*, postea Archiepisc. Mimmaten. inde Card. an. 1371, obÿt an. 1394, Ciac. f. 944, n. 5. vbi tantum φ fuit Archiep. Mimmaten. & Card. & quod fuerit Auditor habetur ex Bellam. cons. 34, n. 17. licet errore impressionis ibi Miniacen. & agebatur de causa in Rota vt n. 9, in fin. & sub n. 19, vers. ad quintum videtur, & quod fuerit Card. ibi sub n. 4, vers. suppositis factis.*

39 *XXXI. Guillelmus de Mandagoso Gallus . . .* Capellanus *Clem. 5, postea Episc. Ebredunen. deinde Card. ab eodem, an 1324, Ciac. f. 838. n. 17, Rub. f. 4, n. 40, de eo mentionem facit Oldrad. cons. 3, in princ. & in fine, licet errore impressionis de Mandageto in Iure Pontificio fuit peritissimus, & cum Berengario Stedellio pariter Capellano, & postea Card. (vt sub eius nomine supra dictum est) Bonif. 8, in 6. lib. Decretal. editione opem præstitit Ciac. & Rub. vbi sup.*

40 *XXXII. Guillelmus Nouelletti Gallus . . .* Auditor*, postea Card. an. 1371, a Greg. xj, obÿt an 1390. Ciac. f. 945, n. 11, vbi tantum, quod fuit Card. tit. S. Angeli, & quod Card. S. Angeli fuerit Auditor habetur ex Rota decis. 12, in fin. de off. deleg. in nou. Isque fuit Auditor cum decis. noua facta fuerint ab an. 1376, vsque ad an. 1381, vt in earũ princ. & d. an. 1376. Card. erat, vt dicta decis. 12, De ips. cum suis laudibus facit mentionem Bellam. concl. 688, sub n. 14. ad medium, & sub num. 34, ad finem.*

41 *XXXIII. Guillelmus Phileslerÿ Gallus Cenomanen.* Auditor*, postea Card. a Ioan. 23, an. 1411, obÿt an. 1428. Ciac. f. 1091, n. 14, vbi tantum quod Card. Quod verò fuerit Auditor, dictum est supra in ver. Pontifices, sub nomine Othonis Columnæ, in ver. Nominat insuper.*

H

42 *XXXIV.* H*ieronymus Pamphilius Italus Romanus* Auditor *an. 1584, inde Card. an. 1604. a Clem. 8. Ciac. f. 1911, n. 49. vbi solũ Card. Rub. f. 7, n. 156, post d. cath. Audit. apud Rot & dictum est in cathal. Audit. decis. indic. obÿt an. 1610. fuit Decanus ab an. 1602. vsque ad an. 1604, mense Iun. Rub. vbi sup. f. 10. Apparet in Diarÿs eiusdem Rotæ Et ex Inscriptione cũ suis laudibus in pariete Ecclesia B. Mariæ in Vallicella in Vrbe, prope Sacellum D. Philippi.*

43 *XXXV. Hieronymus Verallus Italus Romanus* Auditor *an. 1539, inde Episc. Forotriuentin. postea Casertan. deinde Archiepiscop. Rossanen. demum Card. a Paul. 3, an. 1549, obÿt an. 1555, Ciac. f. 1563, n. 69, Rub. f. 8, n. 187, post prædictum cathal. Audit. apud Rot. dictumq. est in cathal. Audit. decis. indic. Fuit etiam Episc. Brittonorien. Veral. dec. 97, n. 5. par. 2. & Rot. diuers. dec. 75 par. 4, vbi an. 1541. & ex eodem Episcopatu Brittonorien. appellatus, Put. dec. 15. & 85, lib. 3. Eius laudes enumerantur a Ciac. vbi sup. & in Epist. dedicatoria ad eum, decis. Cassad. & tract. Staphilæde Lit. ad Vacat. benef. & ex Inscriptione in eius Capella Eccl. D. Augustini in Vrbe.*

44 *XXXVI. Horatius Lancellottus Italus Romanus* Auditor*, an. 1597, postea Card. ann. 1611. a Paulo V. Ciac. f. 1935, n. 28, Rub. f. 6, n. 76, post dictum cathal. Audit. apud Rotã, & dictum est in cathal. Audit. decis. indic. obÿt anno 1620*

45 *XXXVII. Hugo Vicecomes Italus Pisanus* Capellanus *Paschal. 2. inde Card. ab ipso an. 1105, Ciac. f. 452, n. 43, Rub. f. 3, n. 27, ignotum est tempus eius mortis.*

I

46 *XXXVIII.* I*Acobus Caualerius Italus Romanus* Auditor*, an. 1607, postea Card. an. 1626, ab Vrbano 8, Ciac. f. 1974, n. 14, Rub. f. 8, n. 191, post dictum cathalog. Audit. apud Rot. & habetur in princ. suarum decisionum impress. & dictum est in cathal. Audit. decis. indic. obÿt an. 1629, Rub. vbi supra.*

Iacobus

47 *XXXIX. Iacobus Puteus Gallus Nicien.* Auditor *anno* 1539, *inde Archiepiscopus Baren. anno 1550, demùm Cardinalis a Paulo 3, anno 1551, obijt anno 1563, Ciac f. 1593, n. 7, cum Addent. Rub. f. 7, n. 162, post dictum cathalogum Auditorum apud Rotam, & constat ex princip. suarum decisionum impress. Dictumq; est in cathal. Aud. dec. indic. Fuit Decanus an 1547, Rot. dec. 26 par. 3, lib. j. diuers. & 65. par. 3, lib. 3, anno 1548, Achil. de Graf. dec. 322, & anno 1551, Rub. loco citato, f. x. Eumque Decanum refert Ciac. vbi supra cum suis laudibus, & ibi in Addent. Baren. nuncupabatur ex d. Archiepisc. Baren. Veral. decis. 318, par. j. & 316, par. 2*

48 *XL. Iacobus Simonetta Italus Mediolanen.* Auditor *anno* 1511, *postea Episcopus Pisauren. inde Cardinalis anno 1535, a Paulo 3, obijt anno 1539, Ciac. f. 1505, n. 6, Rub. f. 6, n. 80. post prædictum cathalogum Auditorum apud Rotam, & dictum est in Cathal. Auditor. decis. indic. Prius fuit Aduocatus consistorialis, Cassad. decis. 20. n. 1, post principium super Regul. Cancel. & de eo mentionem faciunt Papaz. in Addit. ad decis. 2, n. 6, in fine de rescript. in nouis, & Verall. decis. 6, num. 16, par. 3*

46 *XLI. Ioannes Aegidij Gallus Normandus* Auditor, *inde Cardinalis ab Innocentio 7, anno 1405, obijt anno 1417, Ciac. f. 1043, n. 10, Rub. f. 4, n. 46*

50 *XLII. Ioannes Aldobrandinus Italus Florentinus, vel secundum alios Patria Fanensis oriundus ex Florentia.* Auditor, *anno 1556, deinde Episcopus Imolen. demum Cardinalis an. 1570 a Pio 5, obijt anno 1573, Ciac. f. 1715, n. 17, Rub. f. 6, n. 105, post dictum cathalogum Auditorū apud Rotam, & dictum est in cathal. Auditorum decis. indic.*

51 *XLIII. Ioannes Carauagial Hispanus Placentin.* Auditor, *postea Episcopus eiusdem ciuitatis, inde Cardinalis ab Eugenio 4, anno 1446, obijt anno 1469, Ciac. f. 1139. n. 27, Rub. f. 4, n. 48. eū honorifice refert Pius 2, in sua Bulla ædita anno 1463, de qua in Bullar. to. 2, f. 322, §. 6.*

52 *XLIV. Ioannes de Amelia Italus Amelin.* Auditor, *inde Archiepisc. Corsien. postea Card. ab Vrbano 6. anno 1388, Ciac. f. 975, n. 6. vbi tantum Io. Archieps Corsien. & Card. Quod Corsien. fuerit Auditor, habetur ex Bellamer. concl. 492, in fin. & 744. prope fin. ex Rot. dec. 3, de elect. in fin. & dec. 4, de confes. pariter in fin. in nou. De Archiepo Corsien. Auditore Bellam. concl. 481. ad fi. & concl. 670. in fin. De Cardinale Corsien. eadem Rota dec. 15, sub n. 3, in fin. de concess. preben. & quod Ioanne de Amelia fuerit Auditor inde Archieps Corsien. idem Bellam. concl. 489. in fin. & 531, sub n. 2. post med. & in Probem. dec. nou. vbi tantum Auditor, & eum Auditorem tantū nominat Rub. f. 3, n. 9. Tempus verò eius mortis ignotum est.*

53 *XLV. Ioanne de Broniaco Gallus . . .* Auditor, *postea Eps Viuarien. inde pseudo Cardinalis a Clemente 7. Antipapa an. 1385, obijt an. 1426, Ciac. f. 1011. n. 25, vbi solum quod fuit Archieps Corsien. inde Card. interfuit in Concil. Constantien. & in eo Card. Viuarien. fuit appellatus d. To. 2, Concil. f. 1020, col. 1, post medium, & f. 1033. col. 1, post princip. cum Ciac. vbi supra. Quod verò fuerit Auditor, habetur ex Bellam. cons. 34, sub n. 19, vers. Ad quintum, & agebatur de causa in Rota, vt ibi n. 11. in fin. & dicto n. 19, post princip. & ante prædictum annum 1385, quo Card. fuit creatus, vt sub n. 13, vers. Quinta, & vers. Cum d. Litteræ. Fuit magni animi, & consilij vir, Ciacon loco antedicto.*

54 *XLVI. Ioanne de Mela Hispanus Zamoren.* Auditor, *postea Eps eiusdem ciuitatis, inde Card. a Calisto 3, an. 1456, obijt anno 1467. Ciac. f. 1196, n. 5, Rub. f. 5, n. 50, vbi de mena.*

55 *XLVII. Ioannes Monachus Gallus Diœcesis Ambianen. Cardinalis a Celestino 5, anno 1294, obijt an. 1313, Ciac. f. 796, in Addent. verò ibi præcipue vers. Vtriusque Iuris Doctor, cum vers. seq. post Philippum Probum relatum habetur quod fuit* Capellanus *Bonifacij 8, seu Rotæ prædictæ Auditor, & ab eo Cardinalis creatus, vbi etiam illius laudes referuntur, & quod fuit ex Prouincia Piccardiæ Legatus Auenioni, & S.R.E. Vicecancellarius.*

56 *XLVIII. Ioannes Antonius Capisuccus Italus Romanus* Auditor, *anno 1550, inde Cardinalis a Paulo 4, anno 1555, obijt anno 1569, Ciac. f. 1628, n. 8, Rub. f. 8, n. 188, post dictum cathalog. Audit. apud Rotam, & dictum est in cathal. Audit. decis. indic. Ipsum refert Papaz. in addit. & decis. 24 n. 4, in fin. de rescript. in nou.*

57 *XLIX. Ioannes Antonius de S. Georgio Italus Placentin.* Auditor, *postea Eps Alexandrinus, deinde Cardinalis anno 1493, ab Alexandro 6, obijt anno 1509, Ciac. f. 1326, n. 35 Rub. f. 5, nu. 52, & f. 8, n. 171, post cathal. Audit. apud Rotam, vbi ꝙ vulgariter Cardinalis Alexandrinus nuncupat. De eo mentionem facit Cassad. decis. 1, de sent. & re iud. sub num. 1, in nou. Quod fuerit Auditor, ipse dicit in cap. Pastoralis q. fin. de fide instrum. & eum Auditorem refert Mascard. de probat. concl. 480, n. 6, in fi. Insignem illum appellat Baptista de S. Blasio in Probem. Decret. quæst. 3. Præpositus antea fuit vocatus ex Præpositura Mediolanen. habita, Ciac. loco citato.*

58 *L. Ioannes Baptista Pamphilius Italus Romanus* Auditor, *anno 1604 inde Patriarcha Antiochenus, demum Cardinalis ab Vrbano 8, anno 1630, Ciac. f. 1976, n. 26, Rub. f. 7, n 157, post*

præfatum

præfatum cathal. Audit. apud Rot. & demum est in dicto cathal. Audit. decis. indic. vbi de cuius laudibus Patriarcha Antiochenus nuncupatus, Viuian. de Iur. patr. lib. 4. cap. 2. num. 81.

59 LI. Ioannes Garsia Millinus Italus Romanus Auditor anno 1591. postea Arebieps Rodien. deinde Card. anno 1606, a Paulo 5, Ciac. f. 1931, num. 5, Rub. f. 8, num. 190, obijt an. 1629, Rub. ibi, Fuit prius Aduocatus Consistorialis, ex Inscriptione in pariete eius Capellæ in Ecclesia S. Mariæ de Populo hic in Vrbe, vbi de eius laudibus.

60 LII. Ioannes Suauius Reomanus Gallus Vaseo Auditor anno 1527, inde Eps Mirapicen. demũ Cardinalis anno 1555, a Paulo 4, obijt anno 1566, Ciac. fol. 1626, num. 6, Rub. f. 8, num. 176, & habetur in dicto cathal. Audit. apud Rot. & dictum est in cathal. Audit. decis. indic. De ipso mentionem facit Papaz. in Addit. ad decis. 2. n. 39, in fin. de rescrip. in nou.

61 LIII Ioan. Stephanus Fererius Italus Vercellen. Auditor, deinde Eps Bononien. demum Cardinalis ab Alexandro 6, anno 1502, obijt anno 1510, Ciac. fol. 1339, num. 34, Rub. f. 3, n. 54.

62 LIV. Iordanus Vrsinus Italus Romanus, Auditor, inde Arebieps Neapolitan. demum Cardinalis anno 1405, ab Innocentio 7. obijt anno 1439, Ciac. f. 1038, num. 3, vbi tantum, quod fuit Arebieps Neapolitanus, & Cardinalis. Quod verò fuerit Auditor, dictum est supra in ver. Pontifices sub nomine Othonis Columnæ ver. Item mentionem facit.

L

63 LV. Laurentius Blanchettus Italus Bononiensis, Auditor anno 1575, postea Cardinalis a Clemente 8. anno 1596, obijt anno 1612 Ciac. fol. 1887, num. 14, Rub. f. 6. nu. 75. post antedictum cath. Audit. apud Rot. & dictum est in cathalog. Audit. decis. indic.

64 LVI. Laurentius Campegius Italus Bononien. Auditor, inde Eps Feltren, postea eiusdem Ciuitatis Bononiæ, demum Cardinalis anno 1517, a Leone x. obijt anno 1539, Ciac. fol. 1417 n. 20 Rub. fol. 8, num 185, De eo faciunt mentionem Cassador. decis. 8. sub num. 5. ad fin. de concess. preben. Crescen. decis. 3, de solut. & Rot. diuer. dec. 383. par. 3. lib. 3.

65 LVII. Lucas Antonius Virilis Italus Romanus Auditor, anno 1626. postea Cardinalis ab Vrbano 8. anno 1629, Ciac. fol. 1977, num. 33, Rub. f. 8. num. 192. post dictum cathalog. Audit. apud Rotam, & dictum est in cathal. Audit. dec. indi eis. obijt an. 1634, Ex inscriptione super eius monumento in pariete Ecclesiæ SS. Trinitatis ad Montium hic in Vrbe, vbi de illius laudibus.

66 LVIII. Ludouicus de Flisco Italus Ianuen. Auditor, inde Eps Vercellen. demum Cardinalis anno 1384. ab Vrbano 6. obijt anno 1423. Ciac. f. 991. num. 48. vbi tantum, quod Eps Vercellen. & Cardinalis, & quod fuerit Auditor, dictum est supra in ver. Pontifices, sub nomine Othonis Columnæ, vers. Refert insuper.

M

67 LIX. Marcellus Crescentius Italus Romanus, Auditor, anno 1528, inde Eps Marsican. demum Cardinalis a Paulo 3. anno 1542, obijt anno 1552, Ciac. f. 1542, num. 40, Rub. f. 7, num. 153 post prædictum cathal. Audit. apud Rotam, & eius decis. impress. in princip. vbi adest eius vita, De ipso mentionem facit Papaz. in addit. ad decis. 1. sub num. 11. post princip. de rescr. in nou. vbi de illius laudibus, de quibus etiam in inscriptione super suo monumento in Basilica S. Mariæ Maioris de Vrbe, in pariete a tergo Organi, & dictum est in cathal. Auditor. dec. indic.

68 LX. Martinus de Salua Hispanus Nauarrus, Auditor, postea Eps Pampilonen. demum pseudo Card. a Clemente 7, Antipapa an. 1389, obijt anno 1403, Ciac. fol. 1015, n. 32, vbi solum quod fuit Pampilonen. Eps postea Cardinalis Quod verò fuerit Auditor, habetur ex Bellamer, conclus. 427. in med. & cons. 32. sub num. 3. ac ex Rot. decis. 21. sub num. 5. ad med. de preb. in nou. De eo Card. Bellamer. conclus. 650. in fin. & cons. 5. sub num. 14. Fuit prius Referendarius Apostolicus, idem Bellam. conclus. 688. sub num. 14.

69 LXI. Matthæus Corozmañ Germanus Athesinus Cappellanus Clem. VI. inde Episcopus Brixien. postea Cardin. ab eodem ann. 1350, Titulo Cardinalatus nunquam vsus fuit. Tempus eius mortis incertũ est, Adden. ad Ciac. vbi supra f. 909. & de eo a Ciac. nulla est facta mentio.

70 LXII. Maurus . . . Italus Amerinus Capellanus Innocentij III. Episcopus dictæ Ciuitatis, demum Cardinalis ab eodem ann. 1206, Ciac. fol. 646, num. 19, vbi tantum quod fuit Episcopus ipsius Ciuitatis, & Cardinalis: Quod verò fuerit Capellanus Innocentij habetur ex antiqua traditione in eadem ciuitate, teste mihi Honuphrio Geraldino de Catenaccis nobile Ciue loci prædicti, vna cum alijs Ciuibus eiusdem Ciuitatis.

Nea-

N

71 LXIII NEapolio Vrsinus Italus Romanus Cappellanus Nicol. IV. inde Card. ann. 1288. ab eodem obijt ann. 1347. Ciac. fol. 786. num. 5, & 904. Rub. fol. 4, num. 37.

72. LXIV. Nicolaus Comes Italus Anagnin. Cappellanus Greg. IX, postea Card. ab eod. ann. 1288 Ciac. fol, 679, num. 7, Rub. fol. 4, num. 31, Tempus mortis eius ignotum est.

73 LXV. Nicolaus Tudelcus Italus Siculus, Monachus Ordinis S. Benedicti Auditor, inde pseudo Card. à Felice Antipapa ann. 1440, obijt ann. 1445, Ciac. fol. 1168, num. 16, Rub. fol. 5. n. 49. Abbas Panormitan. vulgariter nuncupat. In princip. eius cõment. super Decret. habetur illũ oriundum ex Cathania, Rota Audit. inde Archiep. Panormitan. demum Cardinalẽ fuisse. vbi est eius vita cum suis laudibus, Lucerna Iuris fuit dictus, Ciac. vbi supra: Honorificam memoriam illius prabet Forster Hist. iur. ciuil. lib. 3, cap. 34, eumque laudabiliter refert Pius II. in præcitata sua Bulla edita ann. 1463, §. 4, de qua in dicto tom. 2, Bul. fol. 322.

O

74 LXVI. OCtauianus Vbaldinus Italus Florentinus Capellanus Gregorij IX, inde Episcopus Bononien. demum Card. ann. 1244, ab Innocentio IV. obijt ann. 1272, Ciac. fol. 697, num. 9, cum Addent. Rub. fol. 4, num. 34

P

75 LXVII. PEtrus Blaui Gallus Gaballitanus Auditor, postea pseudo Card. ann. 1396, à Benedicto XIII. Antipapa, obijt ann. 1409, Ciac. f. 1049, num. 1, vbi tantum quod fuit Card. S. Angeli. Quod verò fuerit Auditor, habetur ex Bellam. cons. 8, sub num. 7, vers. Quid dicendum, vbi agebatur de causa in Rota.

76 LXVIII. Petrus de Accoltis Italus Aretinus Auditor, inde Episcopum Anconitan. postmodum Archiepiscopum Rauennaten. demum Cardinalis à Iulio II. ann. 1511, obijt ann. 1532, Ciac. fol. 1384, num. 22, cum Adden. Rub. fol. 6, num. 89, Cardinalis Anconitanus nuncupabatur, vt in Cathal. Audit. apud Rotam, & de Cardinali Anconitano mentionem facit Cassad. decis. 20. sub num. 2, super Reg. Cancel. & decis. 8, de conces. præben. sub num. 5, ad medium.

77 LXIX. Petrus de Bernia Gallus . . . . Auditor, postea Episcopus Viuarien. inde Card. ann. 1375, à Gregorio XI. obijt ann. 1384, Ciac. fol. 948, num. 20, vbi tantum quod fuit Card. Quod verò fuerit Auditor habetur ex Bellam. concl. 656, in fin. ibi Et in Consistorio me iuuarunt D. Cardinalis Bernich, qui fuit Auditor, errore forsan impressionis positus Bernich pro Bernia, vel iuxta Gallicam linguam Bernich.

78 LXX. Petrus de Collemedio Gallus . . . . Capellanus, Honorij III. & Gregorij IX. inde Archiepiscopus Rotbomagen. demum Cardinalis ab Innocentio IV. ann. 1244, obijt ann. 1253 Ciac fol. 694, num. 1, Rub. fol. 44, num. 32.

